GREGORIUS MAGNUS. PS. AMPHILOCHIUS ICONIENSIS
1. Hälfte 12. Jh. Seite 32r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ebmis abyssi deambulasti. subaudis ut ego. qui mira
mia in peccatorum cordibus modo iram. modo luxuriam. modo aua
riciam. modo surgentem superbiam calco. Acsi ei aperte diceret.
Si latentia cordis uitia me solum reprimere conspicis. tu ex
tolli de propria iustificatione cessabis. Et quia cum diui
nitus uisitamur. et iam de occultis et illicitis motibus mentis
ad confessionem ducimur. recte subiungitur. Nunquid aperte sunt tibi
porte mortis. Porte enim mortis sunt cogitationes praue.
quas dominus pandimus. quando eas in penitentia flendo
confitemur. quas et iam non confessas intuetur. sed confessas ingreditur.
Tunc quippe uiam sibi in portis mortis aperit. quando
solutis puris cogitationibus ad nos post confessionem uenit.
Que porte mortis iccirco uocate sunt. quia profecto uia
ad interitum per iniquas semper cogitationes aperitur; quod ad
huc replicatur cum subditur. Et ostia tenebrosa uidisti. Tene
brosa nanque ostia. sunt latentia mentis mala. que et haberi
intrinsecus possunt. et tamen ab alto uideri non possunt.
Que tamen dominus cernit. quando ea occulto respectu gratie de
struit. Scriptum quippe est. Rex qui sedet in solio iudicii.
dissipat omne malum intuitu suo. Et quia omne uitium an
gustat. omnis uirtus uero animum dilatat. post destructa
uitia recte subiungitur. Nunquid considerasti latitudinem terre.
Nisi enim uirtus animum dilataret. nequaquam paulus corin
thiis diceret; dilatamini et uos. et nolite iugum ducere
cum infidelibus. Sollerter uero intuendum est quod dicitur considerasti.
Latitudo nanque bonorum interior est. et nequaquam comprehenditur
nisi caute consideretur. Nam plerunque eos exterius inopia
humiliat. et pene cruciatus angustat. Sed tamen inter hec

xiii.
Quid sit nunquid aperte sunt tibi porte mortis.